

Y. 1067.)

IOANNIS AMA-
RITONIS NONETANI
Commentariorum in epistolas
Q. Horatii Flacci,
Liber primus.

*Ad amplissimum virum Ioannem Bardoni in
magno Galliarum consilio procurato-
rem Regium.*

Inuia virtuti nulla est via.

P A R I S I I S,

Apud Gulielmum Iulianum, sub signo amicitiae,
ad gymnasium Cameracense.

I 5 5 3.

Cum Priuilegio.

Y.
1067.

JOANNIS AMA
RITONIS NONETANI
Commentariorum in epistolas
Q. Horatii Flacci,

Liber primus.

*Ad ampliſimum virum Joannem Bardon in
magno Galliarum consilio procurato
rem Regium.*

Inuia virtuti nulla est via.

PARISIIS,
Apud Gulielmum Julianum, sub signo amicitiae,
ad gymnasium Cameracense.

1553.

Cum Privilegio.

Le privilege.



L est permis à Guillaume Iulien libraire de ceste ville de Paris, d'imprimer, ou faire imprimer & exposer en vente ce present livre intitulé. Joannis Amaritonis commentariorum in Epistolas. Q. Horatij flacci liber primus. Et est deffendu à tout libraires, imprimeurs, ou autres qu'il appartiendra, de n'imprimer ou faire imprimer ledict livre, insques à trois ans finis & accomplis, sur peine de confiscation desdictz livres, & d'améde arbitraire. Et pareillement est deffendus à tout autres, qu'il appartiendra, de non vendre, ne distribuer sinon ceulx que ledict Julien auroit faict Imprimer, durant le temps & terme de trois ans finis, & accomplis, comme plus à plein est contenu & declare audict privilege.

Ainsi signe I. Aubery.

JOANNES


AMARITON JOANNI

*Bardon, in magno Galliarum consilio
procuratori regio*

S.D.



OSTQUAM anno 1550 philosophicæ professionis curriculum Petri Rami & Audomari Talæi doctorum meo rum consilio beneficióq; sum ingres sus, Joannes Bardon sapientissime, & regis procurator lectissime, nihil mihiprius fuit, quam vt eas artes, quas antea didicerã, meos item discipulos studiose docerẽ. Itaque cum Pe trus Ramus regius Eloquentiæ Philosophiæ'q professor, & Audomarus Talæus orator sapientissimus, & philosophus eloquentissimus, eloquentiæ philosophiæ q coniunctionem languentem, & propemodum extinctam, atque intermortuam, ex veteri Academicorum & Peripateticorum instituto summa cum sua laude, & omnium vtilitate reuocassent, & cum scriptis, tum singulari exẽplo

suo ad eã sequendam nostros homines inuitauissent, ad eam cõsequendam viam & rationem osten dissent: horum ego vestigia, quãproximè potui sequutus, tripartitam philosophiæ rationem eloquentiæ suauitate conditam meis discipulis explicaui. Primo itaque meæ professionis anno, vniuersam differendi rationem, cum ex abditis Aristotelis libris erutam, tum in Petri Rami artificiosa officina perpurgatam, & omnium rerum magistra experientia (quam nobis optimorum poëtarum & eloquentium hominum præclara monumēta suppeditauerunt) perpolitam & perfectam summo studio & iuuandæ iuuētutis voluntate exposui. Vtinam tam bene, tam quãutiliter quã volui. Sequenti deinde anno cogitanti mihi, qua ratione adeam philosophiæ partem, quæ est de vita & moribus, meorum animos præpararem, & una in superiorum artium exercitatione continerẽ, occurrit cõmodissimè id fieri posse, si Quinti Horatii Flacci epistolas interpretarer. Sunt enim verbis splendidæ, sententiis acutæ, sapientiæq plenissimæ. in quibus nulla puerilis & redundãs leuitas, sed pressa & senilis tum verborum, tum sententiarum maturitas, & philosophica maiestate, cuius studium Horatius prima epistola cõ-mendat, digna orationis grauitas. Fe ci itaque non inuitus: in quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus, vt inueniendi iudican dñque vias, quas ille in scribendo sequutus videbat persequuti simus, & præcepta institutæque philosophiæ ex Platonis, Aristotelisque fontibus deriuata, quibus hic Poeta præter cæteros abundat, enucleatè facilèque interpretati simus. Nostri itaque discipuli tum sermonis Horatiani elegantia & proprietate, tum ingenii dexteritate, & sententiarum gravitate & utilitate excitati, easpi stolas non solú relegendas, sed etiam ad verbum ediscendas sibi putauerunt: méque rogauerunt, ut meas observationes, quas partim dispersas habebant, partim non fideliter exceperant: literis consignatas monumentis mandarem: vt & sibi, & aliis permultis cõsulerẽ. Horum itaque petitioni nec reluctatus, neque omnino assensus, observationum mearum, quas in cõmētarium quotidie referebam, librum primum (nam eas libris aliquot distinxi) ædi passus sum: vt si huius gustatu reliqui quoque literarum studiosis adolescentibus placere viderentur, eos pariter æderẽ, sin minus, mihi ipse seruarẽ aut igni traderem. Huius itaque scriptionis & æditionis causas habes: Nunc dedicationis rationem accipe. Qui aliquid ingenio elaborarunt, iis potissimum id dicare

solent, qui de ingeniis judicare, & sua authoritate juuare possunt, á quibus beneficia acceperunt, aut quibus aliqua de causa obligati sunt. Quorũ ego exẽplum imitatus, mearum lucubrationum primitias tibi dico & consecro, homini videlicet de me bene merito, mihi patriæ vinculo coniuncto, authoritatis magnitudine præpotenti & splendido, & sapientiæ laude cõmendato Nã clarorũ hominũ, quos nostra Ar uernia, tum olim, tum nostris tẽpon bus complures, ad decus, ornamentum, salutemq Galliaẽ protulit, Pratensis, Burgii Cancellariorum, Vie lardi, Cotelli præsidũ, Michaëlis hospitalis cõsiliarii, Mariliaci patroni ro gii, aliorum q innumerabilium vest giis insistẽs, eã de te nũ solum sapiẽ. tiæ, sed etia æquitatis & iustitiæ opinionem concitasti, ut te honorifica magni Galliarum consilii, procuratione dignum Henricus rex Christianissimus iudicarit. Nunc itaque in Horatii epistolas commentario rum nostrorum librum primum, voluntatis, & animi erga te mei testem ea animi liberalitate accipe, qua antea iam multos annos me prosecutuses.

Quõd si (vt ait Poeta) digna tua minus est mea pagina laude,

At voluisse sat est: Animum non car mina iacto.

Tu modò lætus ades, forsán meliora canemus.

Et vires dabit ipse sauor, dabit ipsa se racem

Spes animum. Vale.

Datum Lutetiæ in Prælleo Gymnasio, Anno à Christo seruatore nato, M. D.

LIII.

Cal.lulii.

AD DOCTORES SUOS

Joannis Amaritonis Octastichon.

*Grenetus Latiae posuit fundamina lingue,
Eius me docuit lingua diserta loqui.
Dicendi leges didici dicente Talæo:
Et logica per te cognita, Rame, uia est.
Adiecit sophiæ Philaretus dogmata sanctæ,
Naturæ mores hoc reserante patent.
De tantis sequitur me a si quid pagina, ue strum est.
Quisque suæ, si sit, uendicet artis opus.*

DE HORATII SCRIPTIS ad studiosam iuventutem Joannis Amaritonis, præfatio.



Mnes qui de ingeniis iudica re possunt, studiosi iuuenes, incorruptam quandam latini sermonis integritatē, elegantem & eruditam orationis maiestatē in Horatij scriptis laudant, ingebÿ dexteritatem admirantur, sententiarum grauitatem probant & amplectuntur: Sed magnam in jisdem scriptis difficultatem & obscuritatem complures item experiūtur: Cuius causas hoc loco vestræutilitatis gra tid breuiter attingnā. Vt enim quibus quisque de causis in morbu inciderit nosse, ad eū proflig ādū, medico non parum confert, sic Horatianæ obscuritatis cognita ratio eius studiosis (vt opinor) plurimum lucis offeret. Cum itaque Horatius vulgi plausum & approbationem contemneret, sibi id vnum proposuit, vt doctis & eruditis satisfaceret, eisque placeret. Sic enim ipse lib. I. Satyra. 10.

– Neque te vt miretur turba labores Cōtentus paucis lectoribus. An tua demēs Vilibus in ludis dictari carmina malis?
Non ego.nam satis est equitem mihi plaudere, ut audax

*Contemptis aliis explosa Arbuscula dixit.
 Men'moueat cimex Pantilius? aut crucier, quòd
 Vellicet absentem Demetrius? aut quòd ineptus
 Fannius Hermogenis lædat conuina Ti. gelli?
 Plotius, & Varius, Mecænas, Vergiliúsq;
 Valgius, & probet bæc Octavius optimus, atque
 Fuscus, & hæc vtinam Viscorum laudet vterque.
 Ambitione relegata te dicere possum
 Pollio, te Messala tuo cumfratre simul'que
 Vos Bibuli, & Serui, simul bis te candide Furni.
 Cõplures alios, doctos ego quos y amicos
 Prudens prætereo, quibus, hæc sint qualiacumque,
 Arridere velim, doliturus si placeant spe
 Deterius nostra.*

*Quamobrem vf ipse 4. Satyra eiusdem libri se à diis fictum fuisse ait, animi
 rarò & perpauca loquentis. Sic in suis scriptis Laconicam breuitatem
 amauit. τὸ δὲ λακονίζειν (ait Greg.Theolog.ad Nicobulũ) ἐστὶ τὸ ὅτι*

*ὁ ἄνθρωπος ὁλίγας συλλαβὰς χρᾶσθαι ἀλλὰ ὅτι πλείων ὁλίγας. Laconicè breuitérque loqui non
 id est, quod existimas, paucas syllabas scribere, sed de multis paucas.
 Horatius igitur multo plura cogitationi, quàm sermoni tribuens dictum
 nimirum sapienti sat esse ratus, sæpe ex causis efficientibus effecta, & ex
 effectis contra efficientes causas, interdum ex subiectis adiuncta, & ex
 adiunctis subiccta (quam metonymiam Rhetores dixere) significat.
 Nonnunquam ex parte una, vel pluribus totum, & ex toto partem (sinedoche
 Rhetoribus quoque appellatur) intelligendam relinquit. Crebris item pariti,
 maiorum, minorum, similium, dißimilium, nulla subiecta redditione,
 comparationibus vtitur. Ratiocinationes integras nullas ferè adhibet, sola aut
 propofitione, aut assumptione, aut propositionis, Assumptions que
 significatione contentus: Aut si adbibet, nonrudi penicillo earum partes
 depingit, sed ea unde effici, concludique possint acute, fubtihterque
 disserit interdum recto, mutato nonnunquam ordine: ita vt ilium sæpè
 putes relicta quæstione, quæ nihil ad rem faciant scribere: interdum etiam
 fit vt Aristotelicam quoque ἀρύζιν sequutus quæstionem nullam proponat,
 nulla etiam poss neceffariarum ratioci nationis partium, disputationem*

cocludat: sed aliis quibusda nihil ad institutum pertinentibus interieflis) eam in alium locum differat. Hæ sunt igitur Horatianæ obfcuritatis causæ. Quceres igitur cum tanta fit obscuritas, cur eius lectione tam multi homines delectentur? quia suppeditat vbieorum pascatur animus. Omnes enim trahimur & ducimur ad cognitionis & scientiæ cupiditatem, in qua excellere (ait Cicero) pulcrum putamus: labi autem, errare, nescire & decipi, & malum & turpe ducimus. Et autem in Horatii scriptis præter, differendi subtilitatem, rerum innumerabilium, antiquitatis, historiæ, virtutum, juris & legum, naturæ denique utilis & perneceBaria cognitio, qua instructi multi illustres & excellentes nostræ at a-tis homines in omniferè disciplinarum ge nere, suæ arti lume attulerunt. Hinc enim Jacob. Faber Stapulensis et hicam, Petrus Ramus logicã, Audomarus Talæus Rhetoricam, Fraciscus Duarenus, & Balduinus iurisprudentiam, Petrus Ronsardus, Joachimus Bellaius, Janus Antonius Baifius poesim Gallicam magna cum sua laude, ad communem omnium vtilitatem illustrare. Non ergo temere est quod Horatij versus tam multos non solum delectent sed sine satietate delectent. Est enim ita creber rerum frequentia, ut verborum numerum sententiarum numero cõsequatur. Ita porro verbis aptus, ut ne scias utrum res oratione an verba sententiis illustrentur. Quod cum ita sint, studiosi iuvenes, ne vos obscuritas ab Horatij lectione deterreat hunc legite, ediscite, hunc etiam

Nocturna versate manu versate diurna, difficultate mediocris labor facile superabit, laborem sperata vtilitas subleuabit. Præclare enim Tibullus, Spes alit agricolas, spes fulcis credit aratis Semina, quæ magno fœnore reddat ager.

ARGUMENTUM.

PRima Epistola sub Horatij persona, ad Philosophiæ studium adbortatur. Hæc itaque summatim quæstio proponatur, Horatius debet philosophiæ incumbere. Argument verò, quibus ea disputatur, si separtim spectes, non omnia pondus habent: coniuncta tamen plurimùm ad eam concludendam valent. Nam & ludicra si-bi iam seni omittenda primùm, tum se philosophiæ studio teneri, f: f, quod longe firmiBimum est à philosophia contra omnes animi morbos & perturbationes salutaria remedia peti docet. Vnde comparandæ virtutis facilis via præparetur. Postremò finis quidam Philosophia eiusdem ferè, atque præcedens argumentum, virtutis adhibetur: vt perturbationum vacuitas, & animorum tranquillitas adsit. Quæ ratio mercatorum & ambitiosorum contentione amplificatur. Sequuntur deinceps digressiones duæ, in quibus auaritiam & inconstantiam Romanorum acriter insectatur. Hæc summatim: nunc epistolæ particulas sigillatim persequamur & examinemus.

COMMENTARIORUM
Joannis Amaritonis In Epistolas Q.
Horatii Flacci
Liber primus.

Epistola prima, ad Mecœnatem.



Rima dicte mihi, summa dicende Camena,
Spectatum satis, & donatu iam rude, quæris
Mecoenas, iterùm antiquo me includere ludo
Non eadem est etas, no mens. V eianius armis.
Herculis ad postem fixis latet abditus agro:
Ne populum extrema toties exoret arena.

Est mihi purgatam crebro qui persones auré:
Solue senescentem maturè sanus equum, ne
Peccet ad extremum ridendus, & ilia ducat,
Núc itaque & versus, & cætera ludicra pono:
Quid verum atque decens curo, & rogo, & omnis in hoc sum.
Condo, & compono, quæ mox depromere possim.

*Præcipua epistolæ quæstio dissimilitudine primùm in hanc sententiam
declaratur: Flaccus ludicra omittere, Philosophiæ autem studio debet*

incumbere. Protasis vero non solum quæstionis illustrationem, sed unà etiam scribendorum versu (ad quos Mecænas Flaccu inuitauerat) exercitationis omissæ probationem continet. Ea igitur adiunctis primùm persimilitudinem significatis bre uiter declaratur: Deinde iidem plenius confirmata syllogismotertij modi primigeneris ad hunc modum concluditur:

*Omnes senes ludicra debent omittere:
Ego sum senex:
Debeo igitur ludicra omittere.*

Prima.

Primaepistolæ ingressio ad conciliandam Mecænatis beneuolentiam pertinet: & idcirco effectasua Flaccus laudis Mecænati tributæ commemorationem complexa initio ponit: quod primo opere cum celebrarit: vt ode. I. & 20. libri primi, & 17. libri secundi, aliisque locis quamplurimis: & quod eum in his epistolis celebraturus fit.

Summa.

Summum est (ut ait Cicero in Tusc.) quo nihil sit superius: quo modo ædificiorum fastigia summa dicuntur. Virgil. Aeneidos secundo,

*Ilicet ignis edax, summa ad fastigia vento
Voluitur, exuperant flammæ.*

Et ecloga prima:

*Et iam summa procul villarum culmina fumant:
Inde ergo quia variæ similitudines duci possunt,
Variè etia verba transferuntur. Næt vt summu ædi
ficij perfectio & absolutio videtur: Sic sumum bo
nù dicitur Ciceroni perfectum & omnibus numeris
absolutum. Et quia summum in ædificio postremum
architecti opus est: summa etia pro ultima à Flac
co usurpatur. Sic Maro æneidos secundo.
Venit summa dies & ineluctabile tempus
Dardaniæ, fuimus Troes, fuit Ilion.*

Camena.

Metonymia caussæ pro effectu, Camena enim Latinum musarum nome est, à quibus poëtæ carmina inuenta dicunt. Extat Virgilij epigramma de musarum inuentis, cuius hoc initium:

Carmina Calliope libris heroica mandat.

Itaque pro ipso carmine, Camena ponitur. Casmendarum autem priscumerat Vocabulum ita natum atque scriptum. Alibi Carmenæ, ab eadem origine sunt declinatæ. In multis enim verbis, in quo antiqui dicebat S. postea dicut. R. vt Ianitos Ianitor, me lios melior, Quare etiam Casmena Carmena: postea extrito. R. Camena factum est, vt ait Varro libro sexto de lingua Latina.

Spectatum.

Allegoria, idest, similitudo sine redditione posita, à gladiatoribus sumpta, qui in circo longo tempore spectari & probati dimittebantur, nec in gladiatorium ludum, in quo prius erant exerciti, post missionem includebatur. Res ergo addita redditione sic facilius expeditur: gladiator in circo diu spectatus & iam rude donatus ludo gladiatorio includeretur. Sic ego iam multis Odarù & epodών libris æditis cognitus & probatus & hoc scribendi genere defunctus ad pristinam & innenilem scribendi exercitationem nunc à te reuocor. Sed illud probandum non videtur: nec igitur hoc.

Rude.

Rudis generaliter virgam impolitam significat: id quod vel ex ipso nomine intelligitur. Hîc autem pro ea ponitur, qua gladiatores in ludo exercebantur, antequàm in Verum certamen descenderent. Id quod apertè in fragmento de optimo genere Oratorum Ciceronis locus indicat. Sic enim de vmbratili Isocratis exercitatione loquitur: Non enim in acie versatur & foro, quasi rudibus eim eludit oratio. Hac autem impetrata virga gladiatores missione donabantur. Cic. phil. 2. Ne tum quidem sequeris: tam bonus gladiator rudem tam citò accepisti? Missionii enim signum erat, vt ait Porphyrio.

Ludo.

Metonymia adiuncti Ludi pro subiecto loco in quo ludus est, vt apud Cæsarem lib. I. de bello ciuili: Gladiatoresque, quos ibi in ludo Cæsar

habebat, in forum perductos Lentulus libertati confir mauit. Gladiatorum enim paria seruorum Romani principes in ludo exercebant, quæ inde populo gratificaturi in circum produceret. Ex ludi itaque similitudine carmen significatur, in quo se flaccus tanquam in ludo excurrat.

Non eadem.

Assumptio ex repugnantibus bîc disputatur: Effluxit illa innenilis ætas, qua versus Lyricos scri bere solebã, nec rebus iis nunc delestatur animus quæ me innenem recreabant. Ea antem senectutis argumenta esse significat Cornelius Gallus elegia prima

Diuersos diuersa iuuant, non omnibus annis

Omnia conneniunt, res prius apta nocet.

Exultat lenitate puer, gravitate senectus.

Inter vtrumque manens stat innenile decus.

Hunc tacitum tristémque decet fit clariorille

Lætitia & linguæ garrulitate suæ.

Cuncta trahit secum, vertítque volubile tempus:

Nec patitur certa currere quemque rota.

idem Horatius Vltima epistola secundi libri aper tius declarat.

Singula de nobis anni prædantur euntes:

Eripuere iocos, Venerem, conuinia, ludum:

Tendunt extorquere poëmata.

Veianius.

Propositio duplici similitudine significatur. Prioris hæc plena sententia est: vt senex gladiator armorum exercitationem deserit: Sic quiuis senex ludicra omittet. Veianius autem nobilis gladiator, postmultus palmas, Herculi sun dano, vtait Porphyria, consecratis armis tandem in agellum se contulit. Hic verò synecdochicws pro quouis gladiatore ponitur. Erat autem Romanis hic mos, vt parta pace emeritus miles arma sua in tholis postibus templorum suspenderet, & alicui deo dicaret. Id quod Ouidius significat elegiaseptima lib.4.trist

Miles vt emeritus non est satis vtilis armis,

Ponit ad antiquos quæ tulit arma lares.

Quern morem in gladiatoribus etiam observatum suisse hic locus indicat, si, quod ait Porphyrio, Veianus gladiatoris nomen sit. Quod si militem significari dicas, res ipsa non minus intelligitur. Illine enim eiusmodi similitudines frequenter desumuntur, ut in notato Nasonis loco, apud Propertium lib.2.eleg. 25.

Miles depositis annosus secubat armis

Latet abditus ager.

Tuit olim cum Veteranu militibus parta victoria, otio frui liceret, & reliquam vitam tranquillè agere. Itaque ad vitæ necessitates ager tunc assignabatur. Cuius retestis est Cæsar ad milites oratio, apud Lucanum lib. I.

Conferet exanguis quò se post bella senectus?

Quæ sedes crit emeritis? quæ rura dabuntur ?

Quæ noster Veteranus aret?

Id etiam confirmat Octavius factum, qui ex Macedonia in Italiam reversus, superatis Bruto & Cassio, agros Veteranis divisit, ut scribit Florus epit. 125. Eodem itaque modo gladiatoribus senibus rude donatis agrum victus causa à suis do minis assignatum suisse hic locus indicat, si, ut dicitur xi, Veianus gladiatoris nomen fit. Sin minus, res ex Lucani & Flori locis declaratur.

Ne populum.

Proximæ similitudinis illustratio ex fine: ne populi, (cuius delectandi causa productus erat) sidem ad impetrandam à domino missionem in posterum imploret, Solebant enim longo certamine desessigladiatores, multis vulneribus acceptis propemodum confecti, stantes populum rogare, ut à domino missionem impetrarent. De hoc hominum genere Hæccicero circiter sinem secundæ Tusc. Gladiatores, aut perditii homines, aut barbari quas plagas perferunt? Quomodo illi qui bene instituti sunt, accipere plagam malunt, quàm turpiter vitare? Quàm sæpe apparet nihil cos malle, quàm vel domino satisfacere, vel populo? Mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant quid velint, si satisfactum iis sis, se velle decumbere.

Extrema arena.

In extremo septo arena consperso: est hîc metonymia adiuncti pro subiecto.

Est mihi.

altera similitudo, ex qua propositio quoque significatur: vt senex equus curriculum relinquit: Sic senes homines ludicra & ad hilaritatem comparata debent omitti. Exomatur verò hæc similitudo prosopopœia, cuius præparatio hunc habet sensum: Est qui me diligenter attendentem frequenter moneat.

Maturè.

opportunè. Metaphora est à fructibus. De huius verbi significatione vide plura apud Gellium, libro 10. cap. 11.

Sanus.

Dum illæsus & integris viribus es, nec deficiente equo in terram deiectus.

Ne peccet.

Posterioris similitudinis confirmatio ex fine. Hanc autem similitudinem Enniam apud Ciceronem in Catone Maiore usurpat:

Sicut fortis equus spatio qui sæpe supremo

Vicit olympia, nunc senso confectu quiescit.

Et Ovidius fine cum similitudine lib.4. trist. eleg,

7. complexus est.

Ne cadat & multas palmas inhonestet ademptas:

Languidus in partis gramina carpit equus.

Idem eleg.5.lib.I.de Ponto:

occidet, ad Circi si quis certamina semper

Non intermissis cursibus ibit equus.

Ilia ducat.

Virgilius de Eurialo moriente Aeneid. 9.

– Et longis singultibus ilia pulsat.

Sunt autem ilia inter coxas & pubem imo ventere posita in homine, ait Celsus, in fine capitis I. lib. 4. Ducuntur autem ilia & agitantur tanqua folliculi, cum equus difficultate respirandi laborat. Pulmones enim, in quibus inest ad hauriendum spiritum aptissima raritas, tum se cotrahunt aspirantes, tum in respiratu dilatant: vnde fit vt διάφραγμα pulsetur, & omnes, quæ huic in ventre hærent, partes vna agitentur. Hic ergo locus hac habet sententiam: In cursibus equo sene non esse vtendum, ne cum spiritus deficiat, & in medio curriculo turpitr cadat. Alias ilia sunt minuta intestina, quæ à Plinio lactes appellantur in homines & Oue.

Nuncitaque.

Concludit dissimilitudinem, unde præcipuæ quæstio primum illustratur, Debeoigitur ludicra omittere.

Versus & ludicra.

Lyricos versus, qui magnam partem ad ludum iocúmque, & ad res leues coparatis sunt, intelligir. De quibus idem lib. I. Carmi. Od. 6.

Nos conuiuia, nos prælia virginum
Sectis in inuenes vnguibus acrium
Cantamus vacui: siue quid vrimur
Non præter solitum leues.

Vide toram item oden. 12.lib.2. De quibus hæc etiam in arte poetica,
Musa dedit sidibus diuos puerósque deorum,
Et pugilem victorem, & equum certamine primũ Et juuenum curas, & libera
vina referre.

Quid uerum.

Præcipua buius epistolæ quæstio quam initio diximus: Philosophiam autem moralem hoc loco duntax at intelligit, eamque ex subiecto declarat. hîc etiam verum pro non fucata & adumbrata, sed expressa solidaque virtute vsurpauit. Vt Cic. I ossi. Ex quo intelligitur quod verum simplex sincerumque sit id esse naturæ hominis aptissimum.

Decens.

Quid sit quod deceat in sactis & dictis de que. Cic. I.offi. in. 4. honestatis fonte.

Curo & rogo.

Sollicitè & curiosè exquiro.

Omnis.

id est totus. Transfertur enim à numero ad magnitudine, vt apud eunde ode vltima lib. 3. Carmi.

Non omnis moriar, multáque pars mei

Vitabit libitinam.

Et apud Cæsarem: Gallia est omnis diuisain partestres,

Condo & Compono.

Allegoria ab annona & penu domestico, que in cella & horreis conduntur, & componuntur primùm, deinde in vsum quotidianu depromütur. Cic.2.de nat. deor.nec tempestiue demetendi percipiendique fructus neque condendi ac reponendi vlla pecudum scientia est. Et paulo post: neque enim homines murium aut fornicarum caussa frumentum condunt. Componere autem est cogerere. Tibull.eleg. I.lib. I.

ego composito securus aceruo

Dites despiciam, despiciamque famem,

Significat ergo Horat. bis continuatis metaphoris, se honestatis præcepta studio & industria quærere, & coligere, animoque percipere: quæ postea in vsum conferat & in vita sequatur. Qui finis est Ethicæ. Hæc enim, vt scribit Aristoteles, nicomachiov secundo

ἡ δευτερίᾳς ἐννεμῶν ἐστὶ τὸ πρὸς αὐτὴν ἀλλὰ. ἡ γὰρ ἐν τῇ εἰσόδῳ πρὸς τὴν ἀρετὴν, καὶ τὸν ὁμοῖον ἀλλὰ ἐν αὐτῇ. ἡ γὰρ ὁμοῖον. ὁ πρὸς τὴν αὐτὴν ὁμοῖον ἀρετῆς. Id est,

Ethica non contemplationis causa, vt cæteræ philosophiæ partes, comparata est: Non enim de virtute commentamur, vt quid ea sit cognoscamus: sed, vt boni efficiamur: quandoquidem nullaeius esset utilitas. Id quod breuius idem vltimo capite eorundem nicomachion scribit:

ἡ δὲ δὴν ἀρετῆς ἰκανὸν τὸ εἶδέναι, ἀλλὰ ἔχειν καὶ χρῆσθαι πειρατέον. Non enim virtutem

nosse satis est, sed enitendum est vt ipsam habeamus & ea vtamur. Vnde præclarè Cic. I.offic. Virtutis laus omnis in actione consistit.

Ac ne fortè roges, quo me duce, quo lare tuter
Nullius addictus iurare in verba magistri,
Quò me cuque rapit tépstas, deferor hospes:
Nunc agilis sio, & mersor ciuilibus vndis
Virtutis veræ custos, rigidusque satelles:
Nunc in Aristippi furtim præcepta relabor,
Et mihires, non me rebus submittere conor.

Ac ne fortè.

Prolepsis est, in qua iudicij sui libertatem in philosophando, tacitè quorundam interrogationi respondens effectis declarat, seque academicam philosophandi libertatem sequuturum prositetur. De qua Cicero in præfatione. 2. ossi. multa, ad huc autem locum maxime accommodate, initio primæ Tusculandæ: Sed de fendat quidem quod quisque sentit, sunt enim iudicta libera: nos instutum tenebimus, nullisque vnius discipline legibus astricti, quibus in philosophia necessario pareamus, quid in quaq; re fit maximè probabile semper requiremus.

Quo me duce.

Idest cuius magistri tanquam ducis autoritate nitar. Metaphora bellica.

Lare.

Lar, deus familiaris Romanis habebatur. Plautus in prologo aululariæ. Ego Lar sum familiaris ex hac familia, Vnde exeuntem me aspexistis. Hanc domum I am multot annos est cum possideo, ꝑ cælo.

permetonymiam Vero possessoris prore possessa proque domo sallustius vsurpauit in historia Catilinæ: illos binas haud amplius domos continuare, nobis larem frmiariam, nusquam vllum esse. Hinc etiam fit vt pro schola ponatur: vnde demùm secta ea significetur, quæ ibi philosophata sit. Cellar deus metaphoricus pro magistro quemadmodum dux ponitur.

Addictus.

Dicere pro dicare positum, notat nonius hoc Maronis hemistichio:
– Iunoni infernæ dictus sacer.

Quare addictus compositum, idem erit quod deo tus, destinatus, confectus, ut apud Cicer. Tusc.2. Nónq; ipsos refelli, redarguique patiamur, Quod y suerunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisque sententiis quasi addicti & confecti sunt, eaque necessitate constricti, ut etiam quæ non probare solcant, ea cogantur constantix causas defendere.

Jurare in verba.

Metaphora à sacramento militari, ubi cum milites iuramento obligabantur, eas facturos iura – bant, quæ tunc Imperator certis verbis proponebat.

Rapit tempestas.

Allegoria à nauigantibus, qui tempestaribus a-Efj in Varias regiones deferuntur. Sic enim propriè de se & Troianis in Lybia appulsis Aeneas apud Maronem loquitur Aeneidos primo.

*Nos Troia antiqua (si vestras forte per auras
Troia nomen iit) diuersa per æquora vectos
Fortè sua Lybicus tempestas appulit oris.*

Vnde significat Horatius se vim & momenta rationis in rebus ponderandis & æstimandis sequuturum.

Hospes.

Id est, tandiu illic suturus, quædiu ratio patietur.

Nunc agilis.

Proximi loci ex effectis illustratio, quod modò se Stoicum, modò Cyrenaicum præstet.

Agilis sio.

Destinitio Stoici ex effectis. Stoicus enim summu bonum statuens, non in fucata & adumbrata. atque ociosa; qualem sibi proponunt Epicurei: sed vera, solidaque virtute, id est, actiuosa, reipublicæ administrationem studiose amplectitur: Porro autem agilis & gnauus geminata, & idem significantia remisso opponuntur epist. 18.

*Oderunt bilarem tristes, tristémque iocosi,
Sedatum celeres, agilem gnauúmque remissi,*

Mensor ciuilibus.

Allegoria nautica, ex qua Reipub. fluctuans & periculosa administratio significatur.

Nuncin Aristippi.

Cyrénaici ex effectis definirio, quòd Aristippi instituta de voluptate sectetur. letur. Ab Aristippo (ait Cic.3.de orat.ad Qu.fiat.) quem illæ magis voluptarix disputationes delectarunt, Cyrenaica philosophia manauit, quam ille & eius posteri simpliciter defenderat y qui nunc holuptate omnia metiuntur.

Præcepta.

De Aristippi præcrtis & institutis, lege Laërtium, libi.2. in eius vita, Naturaliunanq; reru inquisionem propter obscuritatem contempsit, Logicam propterius magnam vtilitatem retinuit. De Ethica præcipue philosophatus est. Filia Aretam sæpe monebat, vt quod nimum esset contemneret. Summum bonum lenem motum ad sensum emanante definiuit: propterea εὐθυμία id est animi securitatem & tranquillitatem maxime amplexatus est, eamque singulanter commendauit. Qua de re sic Aelianus libr. 14. cap. sexto: Id est, fortiter admodum aristippus dicere solebat, cùm adhortaretur, vt neque res præritas curasequeretur, ne que præsentis antegrederetur: Id enim esse securitatis & tranquillitatis animi iudicium, & hilaritatis argumentum. Præcipiebat vero, vt ad diem præsentem animum adiungeremus, ad eamque rursus diet partem, in qua quisque quippiam vel ageret, vel cogitaret. Solùm enim id quod adest, nostrum esse dicebat, non autem quod antegressum est, neque quod expectatur. Illud enim perierit, hoc verò, an futurum sit, incertum esse. De Aristippo plura dicemus in epist. 17.

Πάνυ σφόδρα ἐρρωμένως ἐώκει λέγειν ὁ ἀρίσιππος, παρ-
εχόν μή τ' τοῖς παρελθούσιν ἐπικάμνειν, μήτε τῶν ἐπιόν-
των προκάμνειν. εὐθυμίας γὰρ δείγμα τὸ τοῦτο, καὶ ἰσὺ δια-
νοίας ἀπὸ δειξίς. προσέταί τε ὃ ἐφ' ἡμέραν τὴν γνάμην
ἔχειν καὶ οὐ πάλιν τῆς ἡμέρας ἐπ' ἐκείνῳ τῷ μέρει καθ' ὃ
ἕκαστος ἢ θεωρεῖ τίς, ἢ ἐννοεῖ. μόνον γὰρ ἔφασκεν ἡμέτερον
εἶναι τὸ παρὸν, μήτε δὲ τὸ φθάνον, μήτε τὸ προσδοκώμενον.
τὸ μὲν γὰρ ἀπολωλέναι, τὸ δὲ ἀδύνατον εἶναι, εἴπωρ ἔσται.

Et mihi Res.

Animi libertatem in prolepseos subiectione positam, & iam parribus illustratam generalibus effectis concludit que wwo/w exornata dissimilitudine amplificantur: non me rebus, sed mihi res submitto. Sapientis enim proprium est (ait Cic. 5. tusc.) Omnia ad suum arbitrium referre, suis stare indiciis,

Vt nox longa, quibus métitur arnica, diésque
Lōga videtur opus debétibus: vt piger annus
Pupillis, quos dura premit custodia matrum:
Sic mihi tarda fluunt, ingrátaque tempora, quæ spem
Consiliúmque morantur agendi gnauiter, id quod
Aequè pauperibus prodest, locupletib' æquè:
Aequè neglectu pueris, fenibúsque nocebit.
Restat vt his ego me ipse regam, solérque elementis.

Vt nox.

Secundum argumentum tractandæ philosophiæ ex adiunctis, quòd eius magna teneatur desy derio ratiocinatio propositione addita sic perficietur.

Quicumque philosophiæ studio tenentur, ei debent incumbere.

Ego verò philosophiæ desyderio teneor

Debeo itaque philosophiæ incumbere.

Assumptio trium similium collarione illustrata præcedit. Quorum primum est: Vt amatores ab amica noctem pollicita elusi noctem quàm celerrimè

esstuerē cupiunt, dieique magno desyderiō tenentur: Sic ego philosophiā.

Diēsque Longa.

Simile secundum: Vt mercenarij qui suam in diem operam locarunt eius finem exoptant: Sic ego philosophiā de syderio teneor.

Vt piger.

Simile tertium: vt pupilli tutelæ suæ finem desyderant. Sic ego philosophia desyderio teneor. Piger autem, sumpta ab animantibus tardè gradientibus metaphora, pro longo ponitur. Sic propriè idem epist. 14. usurpat.

Optat ephyppia bos piger.

Pupillis.

Pupillus est, qui cum impubes est, desut in patris potestate esse, aut morte, aut emancipatione, ait Pomponius ultimo pandectarum lib. de verb. & re. signi.in.l. Pupillus. Cic.proQ. Rosc. Pupillum paudare, qui in tutelam peruenit, Aliquando tamen pro impubere generaliter ponitur, ut in l. ultima. de verb.oblig. . ut apud Horatiū epist. I. lib. 2.

Non fraudem socio, puero non cogitat ullam

Pupillo.

Pupillum vero, pupillam ve, cum puberes esse cœpissent, ius à tutela liberabat: pubertatem autē veteres non solū ex annis, sed etiam ex habitu corporis in masculis astimari volebant. quam postea exacto decimoquarto anno Iustinianus definiuit, in fæminis duodecimo. Instit. lib. I. Tit. 22. Hesiodus autē lib.2.operū & dierū. 14. annū, in mu. liere, inttium pubertatis Græcis suisse significat.

Sic mihi.

Superiorū similitudinū redditio, qua assumptionis sententia significatur: Sic ego percipio illud tempus aduenire, quo liceat philosophiā tractare.

Spem Consiliūque agendi.

Id est speratum, & capto confilio propositum studium retardant, quod omnibus æquè prodest.

Id quod.

Vefinitio quædam philosophæ ex duobus effectis, paribus amplificatis,

Aequè.

Hoc verbum in principio, & in fine versus positum epanalepsim facit.

Aequè neglectum.

Proximorum effectorū illustratio ex aliis duobus effectis paribus similiter illustratis: Eius generis argumenti vim hoc generali axiome Ciceto Aristorelem sequutus æstimat. Contrariorum contraria sunt consequētia. Probat ergo retentum philosophiæ studiū omnibus pariter prodesse, quia idem neglectum omnibus pariter noceat. Efficit autem verbum (æquè) in fine superioris & principio huius versus positum ἀναδιωσιν.

Restat.

Assumptio adhuc disputata est. Hîc Two cōclusio in hanc sententiam continetur. Restat igitur, ut præceptis institutisque philosophiæ vitam ipsemeam Regam, eamque iam multis calamitatibus, quæ homini quotidie imminet, affectam, tristem atque mæstam consoler & reficiam.

Elementis.

Elementa propriè principia & rerum initia significant, materiam & formam: Prima itē corpora, quæ Græcis στοιχεῖα dicuntur. Cic. in fragmento Acad. Ergo illa initia, &, vtè Græco vertam, elementa dicuntur, ex-quibus aër & ignis mouendi vim habet. hic aute per metaphora κατὰ γένεσιν philosophiæ præcepta significantur, quæ sunt tanquam actionum & offtciorum rectéque viuendi principia & elementa. Nōpossis oculo quantū cōrendere Lynceus, Non tamen idcirco cótemnas lippus inungi: Nec, quia desperes inuidi mébra Glyconis, Nodosa corpus nolis prohibere chiragra.

Est quodam prodire tenus, si non datur vltra.

Non possis.

Tacitæ obiectionis refutatio ex contradictione. Obiiciat ergo aliquis Flacco eius à philosophiæ studio deterrendi causa: Cum non sis in Philosophiæ summus futurus, est tibi philosophiæ studium cō-temnendum. Tum Horatius, non quia summus non sum futurus, idcirco mihi philosophiæ studiū contemnendum & deserendum videtur. Nec verò ista pingui quadam minerua nominatim posita est, sed duplici similitudine acutè significatæ contradicens responsio. prioris hæc ut est, ut, non quia tam perspicax, atque Lynceus futurus nō es: idcirco collyria, & salutaria remedia contemnas: Sic, Non quia summus non sum futurus, & c.

Quantum.


Non postis tantum oculo contendere, quantum Lynceus. Dixit autem oculo contendere, pro acu te & Jutiliter videre: Ut Cicero, voce contendere, pro clamare, in oratione pro Ligario: Quantum potero, voce contendam, ut hoc populus Romanus exaudiat.

Lynceus.

Lynceus Apharei (Ut Orpheus in Argonauticis, Pyndarus Ode 10. Nemeorum, Apollonius primo Argonauticon scripsere, vnde Naso Metamorph.8.

-& proles Aphareia Lynceus)


Et Arenæ. filius ut Pherecidem, vel Polydoræ Vt Pysandrum, vel Laocoossæ ut Theocritum A-pollonij Græcus scholiastes voluisse scribit. Is inter Argonautas ab Orpheo numeratus, & perspicacitatis laude celebratus fuit,



Id est,

Quiq; procullongè trās æthera, trās mare Lynceus Et subter Plutum, terræque barathra profundæ Solus in humanis visu penetrauit acuto.

Illam autem trans æthera videndi famam ex Astrologiæ cognitione, & cœlestium rerum obseruæ tione ortam esse arbitror. Scribitenim Plinius, ca. 17. li. 2. eum nouistimam primámque Lunam eadem die in arietis signo (quod paucis mortalium contigit) conspexisse. Quod autem terræ barathra visu penetrasse dicitur, hoc non minus quàm illud fabulosum: fabulæ tamen occasio hæc fuit. Primus enim fodinas reperit, & metalla ex terræ visceribus eruit, vt vult Lycophronis interpres. De quo Palefatus: Lynceus (ait), æs argentum, cæteraq; metalla inquirere capit. Cùm enim lucernas secum intra terræ penetralia circumferret, & cas ibidem fortè relinqueret, ac sursum æs ipse ferrúmque reportaret: homines qui id videre consutnerāt, dicebant Lynceum in subterraneis locis videre, ob ídque argentum inde sursum afferre. Itaque Pyndarus Odæ 10. Nemeorum:



^{ὀξύτατον}, id est,

– Illius enim mortalium

Omnium erat acutistimus

Oculus.

Ex hac autem specie synecdochicws genus perspicaciũ & acutè cernentiũ intelligi potest. De quibus Plinius libri 7. cap. 20. Solinus cap. 6. Valerius lib. I. cap. de miraculis, vbi Strabo à quibusdam falsò Lynceus esse putatur. Hic enim vnus ex .ιλργQnautú ante bellum Troianum: Strabo au tem tempore bellorum Punicorum vixit.

Nec quia desperes.

Secundum simile: quemadmodum non quia vim & firmitatem Athletæ fortistiminon sis h biturus, idcirco corpus itanegligas, vt ab eomorbos non repellas: sic non quia summus non es futu rus, ideo Philosophia tibi est contemnenda.

Membra.

Metonymia subiecti pro adiuncta firmitate & robore.

Glyconis.

Athletæ fortissimi nomen est, ait Acron, ex hac autem specie genus synecdochicos intelligitur.

Nodosa chiragra.

Chiragra dolor manuum, vt podagra pedum: de qua Celsus lib.2.cap.7. & lib.4.cap. vltimo. Nodosa verò dicitur, quòd in articulis & nodis manuum inhære at: qua de causa etiam nodosam podagram appellat Ouidius elegia quarta lib. I. de Ponto. Tollere nodosam nescit medicina podagram.

Prohibere.

Repellere à tuo corpore chiragram, Corpus à chiragra defendere & liberare. V sitata eclipsis est præpositionis à, vt apud Cic. pro lege Manilia: Erit igitur humanitatis vestræ magnum eorum ci ium numerum calamitate prohibere. Integra au tem oratio paulò post apud eundem reperitur. A quo periculo prohibete rempublicam.

Est quodam.

Similitudinum, vel redditionis inde significatæ confirmatio ex repugnantibus, viatorum similitudine disputatis: Vt in faciendo itinere, quodam tenus viatoribus progredi licet, etiam si non possint vltrà: sic in studio sapiëntiæ progressus aliquos facere licet, etiam si finis, & perfectio hominibus negata sit.

Quodam tenus.

sic ferè Cicero pro Deiotaro: Tauro tenus regnare iussus est.
Feruet auaritia, miseroque cupidine pectus?
Sunt verba & voces, quibus hunc lenire dolorem
Possis, & magnam morbi deponere partem.
Laudis amore tumes? sut certa piacula, que te
Ter purè lecto poterunt recreare libello.
Inuidus, iracundus, iners, vinosus, amator?

Nemo adeo ferus est, vt non mitefcere possit,
Si modo culturæ patientem cōmodet aurem.
Virtus est vitium fugere, & sapientia prima
Stultitia caruisse.

Feruet.

*Quæctionis principis argumentum tertium ex effectis: quòd animi vitiis
Philosophia medeatur. Cic. TuscuL.2 . Efficit hoc philosophia,
medetur animis, inanes solitudines detrahit, cupiditatibus liberat,
pellittimores. Totum autem suis partibus disputatur. quarum prima est
auaritia. Feruet autem ab aquis translatum est, quæ cum ebulliunt, propriè
feruere dicuntur. Cic. actione prima in Verrem. A qua feruenti perfunditur.
Ex hac autem similitudine feruere significat duci, commoueri, perturbari.
Vt apud Cicerone pro Quintio: feruet ferturque auaritia.*

Miseróque cupidine.

*Auaritiam nominatim positam ex genere & effectis describit, licet nõ
propriè. Est enim auaritia cupido miseros efficiens homines. Nam miser
cupido per metonymiam dicitur, quia miserū reddat animū, eo quòd
insaturabilis sit: id quod post longā disputationē idē Flaccus. Satyra. I. lib,
I. significat,*

Inde fit, vt rarò, qui se vixisse beatum

Dicat, & exacto contentus tempore vitæ

Cædat, vt conuius satur, reperire queamus.

*In quibusdam autem codicibus (misera) legitur, quod quidem etsi
Latinum est non tamen Horatianum videtur. Sequutus itaque victorinū
codicē manuscriptū (misero) lego. In hoc enim autore cupido masculinum
esse solet, vt Ode. 24. lib. 3.*

Eradenda cupidinis

Praui sunt elementa. Ode. 16 . eiusdē lib,

Contracto cupidine:

Nec vsquam fæmininum animaduerti.

Pectus.

Animus.ex subiecto enim, id est cōtinente.cō tentum significatur per metonymiā. Animi enim sedes quorundā Philosophorū sententia, vt Parmenidis Epicuri, est in pectore. Plutarchus lib. 4.cap.5.de placitis philosophorum.

Verba & voces.

Geminata & idē significantia, ex quibus per metonymiam subiecta praecepta & monita verbis vocibus designata intelliguntur: Cuiusmodi sunt apud Platonem, Xenophotem alios philosophos: vt apud Ciceronem illud I. offic. Pecuniæ fugiēda cupiditas, nihil enim tam angusti animi, tanque parui, quā amare dimitias, nihil honestius magnificentiusq;, quā pecuniam contemnere, si nō habeas: si habeas, ad beneficentiā liberalitatēmq; cōferre: illud Salustij in Catilinæ historia: Auaritia pecuniæ studiū habet, quā nemo sapiēs concupiuit. Ea quasi venenis malis imbuta, corpus animūmq; virilē effeminat, sēper infinita atq; insatiabilis neq; copia neq; inopia minuitur.

Lenire dolorem.

Metaphora à fomentis chirurgorum sumpta, quibus læsi corporis dolor leniri, dicitur signi ficat igitur auaritiam extenuari & minui, vel potius tolli praeceptis philosophicis. Dolorē autem pro cupiditate animi dixit per metaphoram.

Morbi.

Hac metaphora Stoici animi perturbationes significarunt. Sic enim Cic. Tuscul. 3. Aff. videtur mihi cadere in sapientem agritudo. M. Reliquæ quoque perturbationes animi, formidines, libidines iracundiæ. Hæc enim fere sunt eiusmodi, quæ Græci (hos postea Stoicos fuisse dicit) tantum appellant: e go poteram morbos, id verbum eset è verbo: sed in consuetudinem noctram non, caderet, Nam misereri, inuidere, gestire, lætari hæc omnia morbos Græci appellant motus animi rationi non obtemperantes: Nos autem hos eosd motus concitati animi rectè, vt opinor, perturbationes dixerimus: morbos autem non satis vsitate paulo post. At morbi perniciosiores pluresque sunt animi quā corporis. Vide pluratoto fere lib

Laudis amore tumes.

Periphrasis ambitionis ex genere subiectoque effectis: est enim ambitio amor seu cupidita laudis honoris elatos homines efficiens. Tume. re autem inflati corporis proprium est unde ria. tio animi, per similitudinem, significatur.

Piacula.

Piacula sunt propriè piamina, purgamina, lustrationes purgationes religionis Græcorum & Romanorum, quæ vel aquæ aspersione, vel hostiæ mactatione ad scelerum expiationem fieri solebant. De quibus Ouid.2.fast.

Omne nisas omnémque mali purgamine causam

Credebant nostri tollere posse senes.

Græcia principium moris fuit: illanocentes

Impia lustratos ponere facta putat.

Actoridem Peleus, ipsum quoque Pelea Phoci

Cæde per Aemonias soluit Acastus aquas.

vectam frenatis per inane draconibus Aegeus

Credulus immerita phasida fouitope.

Amphiaraides Naupacteo Acheloo,

Solue nefas, dixit, soluit & ille nefas.

Ah nimium faciles qui tristia crimina cædis

Fluminea tolli posse putatis aqua,

Inde ergo per fimilitudinem præccpua & admonitiones philosophicæ significantur quibus ambitio quasi purgatur. Cuiusmodi illa Ciceronis est. I. ossi Cauenda est etia gloriæ cupiditai: eripit enim libertatem, pro qua magnanimus viris omnis debet esse contention.

Ter.

Alludit ad expiationum & lustrationum morem. Nam cum in sacris omnibus ut scribit Aristoteles lib. I. de Cælo cap. I. turn maximè in lustrationibus temarium numerum veteres usurparunt. Hinc illud Virgilij Ecloga 8.

— numero Deus impare gaudet.

&. 6. Aeneidos,

*Idem ter socios pura circum tulit vnda,
Spargens rore leui & ramo fœlick oliuæ,
Lustravitque viros.*

*Hoc tame locoternarim numerm, qui certus est, pro incerto per
synecdochen poni potest.*

Purè.

*Mente pura & ab omni perturbatione vacua, quam nisi adhibueris frustra
laborabis. Nullum enim Philosophiæ præcepta intuitu & repugnantern
cogunt, sed sponte sequentem ducunt.*

Recreate,

*Recreate est, quod prius creatum & factum, sed iam labefactatum est,
restaurare, restituere, reficere. Et ad ea pertinere videtur, quæ machinis
& molitione constant. Cic ineptft.ad Qu.frattre: Complures dirutas ac penè
desertas yrbes per te ef se recreatM. Inde tamen ad recuperatam
corporis & animi sanitatem aptissime transfertur.*

Libello.

Metonymia subiecti pro adiuncta scriptura.

Inuidus.

Eclypsis verbi (es) vt in sequentibus.

Iracundus.

*Vltionts & vindictæ cupidus: Est enim irdcundia ulciscendi libido. Cic.
Tusc.3.*

Iners.

*Iners proprie eum, qui artibus caret significat. Cic.2.de Finibus. Sed
lustremus animo, non has maximas artes, quibus qui carebant, inertes à
maioribus nominabantur. Hic autem ex effectisiner tiæ, caussamipfam
significat. I ners enitm essefolet quisquis ignauus & laboris fugitans est.
Erit ergo iners idem quod segnis, ignauus & piger.*

Vinosus, amator.

Intemperansin percipiendis voluptatibus & Veneris & potus & aliis. Ex his enim partibus voluptatum & intemperantiæ genus omne synecdochicos significatur.

Ferus.

Allegoria à bestiis feris & immansuctis, ci aprè accommodata, qui, propter peruerfos animi mores, hominis ad virtutem nati exuisse naturam videtur, Is enim curesipiscit, & depofito) vitio virtutem amplectitur, seros & ab homine alienos mores deserit, & quasi mitescit, fitque mansuetus & humanus.

Si modo.

Si doctrinam de moribus non aspernabitur, sed eam lubenter amplectetur. Cic.3. Tusc. Illud quide sic habeto (nisi sanatus animus sit) Quod sine philosophia fieri non potest, fine miseriarum nullum fore. Quamobrem quoniam occæpimus, tradamus nos ei curandos, sanabimur si volumus. Hic autem locus Polemonis exemplo planius intelligitur: quod plenius describitur apud Valerium lib.6. cap.1. Et apud Laertium lib. 4. in vita Polemonis. huius meminit Flaccus noster satyr. lib.2

*– Quæro faciasne quod olim
Mutatus Polemon? Ponas insignia morbi
Falciolas, cubitale, focalia: potus vtille
Dicitur ex collo furtim carpsisse coronas,
Postquam est impranfi correptus voce magistris?*

Culturæ

Cultura Agrorum propria est, ut apud Flaccum Od. 24 lib. 3. carm.

Nec cultura placet longior annua.

Hinc autem per similitudinem translatus, philosophiam, quæ id animus nostris est, quod cultura agrarii, significat. Cic.1. Tusc. Ut ager quamvis fertilis sine cultura fructuosus esse non potest: Sic sine doctrina animus, ita est utraq; res una sine altera debilis. Cultura autem animi philosophia est, quæ extrahit vitia radicitus, & præparat animos ad satus accipiendos, eaque mandat his, & (ut ita dicam) serit, quæ adulta fructus verrimus ferat.

Patientem commodet aurem.

Patenter audiat, non offendatur honestis admomtionibus, ad intelligenda philosophia præcepta studium & operam pondt, eís que paret. Hæc enim philosophiæ vis et si non idem potest apud omnes: tamen valet multum, cum est idoneam co plexa naturam. Cic.2.susi. Est autem hîc insignis CP poetica metonymix, Jpecies notanda, qua, ex cauifis adiuuantibus & administis cogitationis, intelligentiæ atque mentis, mentem ipsam eiusque intelligent & objequendi munus significat.*

Virtus.

Tertij argumenti amplificatio ex effectis: quod virtus vitiorum fuga fit, idest viam advirtutem muniat & præparet. Non enim simpliciter virtus est. Aliud est enim vitiis carêre, aliud virtute præ ditum esse. Itaque progressio ad virtutem hîc si gnificatur: id quod sequens oratio declarat.

Sapientia prima.

Idest, carêre stultitia est sapientiæ principium. Non enim hîc absoluta consummataque sapientiæ significatur.

– vides, quæ maxima credis

Esse mala, exiguum censum, turpémquerepulsam

Quanto deuites animi, capitísque labore?

Impiger extremos curris mercator ad Indos

Per mare pauperiē fugiēs, per saxa, per ignes:

Ne cures ea, quæ stultè miraris, & optas:

Discere, & audire, & meliori credere non vis?

Quis circu m pagos, & circum cōpita pugnax

Magna coronari contemnat olympia, cui spes,

Cui sit conditio dulcis fine puluere palmæ?

Vides.

Quartum argumentum ex fine majorum collatione amplificato: labores & pericula subis, vt paupertatem & dedecus fugias: Quanto magis philosophiæ incumbendum tibi est, vt perturbationibus careas? Exornatur autem hæc comparatio apostrophe.

Quæ maxima.

Paupertas & infamia, ex opinione vulgi, maxima mala sunt. vulgus enim in contrariis opibus & honoribus summum bonum collocat, vt scribit Aristoteles lib. 1. ad Nicomachum, cap.4. ~ & Tullius Paradoxo primo docet.

Turpémque repulsam.

Aedilitiam, Tribunitiam, Consularem, aut aliam denique in magistratuum petitione. Turpis autem appellatur, quia quasi ignominia aut insamia timetur, ait Cicero 1. officiorum.

Animi capitisque.

Id est, animi & corporis contentione. Ex capite enim præcipua totius corporis parte, totum corpus per synecdochen intelligitur.

Impiger.

Comparisonis prior pars effectis declaratur. per varia pericula & difficultates, mercator ad extremas orbis partes comeat. Ex vna enim orbis parte, reliquæ significuntur.

Per mare.

Navigatione.

Per saxa.

Perscopulos maris, quibus naues frequenter aluntur, & naufragium mercatores faciunt.

Per ignes.

Per loca calida: Significatur enim zonæ torri: dæcalor. Hunc autem totum locum idem planius declarat ode 24. lib.3.

– neque seruidis

Pars inclusa caloribus

Mundi, nec Boreæ finitimum latus,

Duratæque solo niues mercatores abigunt: horrida callidi

Vincunt æquora nauitæ.

*Magnum pauperies opprobrium iubet
Quiduis & facere & pati.*

Ne cures.

Redditio comparationis, in qua finis primùm, deinde princeps quæstio cum interrogatione ponitur. vt sis tranquillo animo, & omni habendi cupiditate vacuo, non existimabis tibi philosophiam comparandam?

Quæ stultè miraris.

Bona fortunæ, amplissima ám peria, opes, magistratus, & honores. De quibus Cicero Paradoxo primo.

Discere & audire.

ἵστεον ἀεὶ τέστιν. Prius enim, audimus deinde disci mus. Ex sensibus enim haustā esse rerū cognitianem, & inde in animis impressam effi notitiam contendunt Peripatetici.

Quis circum.

subiectio, in qua proximæ interrogationi respondet. Curaudem à multis derelicta fit philosophia efficientem caussam, laborem & difficultatem similitudine significat. Locus hic breuitate subobscurus est, sed integra, ratiocinatione, licet inconstanti, intelligetur.

Quemadmodum nullus athletatam vilis & abiectus est, vt olympicam coronam, si ei absque labore offeratur, recuset: Ita Philosophiam, si absque labore parabilis esset, nemo desereret.

Sed vt corona sine labore non datur:

Nam vt scribit Aristoteles primi ad Nicomachũ, cap.8. ὁλυμπίασιν ἔτι οἱ κάλλιστοι καὶ ἰσχυρότατοι σεφά- γουῦνται, ἀλλ' οἱ ἀγωνιζόμενοι, id est, in Olympiis non formosissimi & fortissimi coronātur, sed qui decertant.

Ita nec philosophia sine labore parabilis est. Præclarè enim Flaccus in arte:

*Qui studet optatam cursu contingere metam,
Multa tulit, fecitque puer, sudauit, & alsit,
Abstinit Venere & vino: qui Pythia cantat
Tibicen didicit prius, extimuitq; magistrum. Et satyr.9.lib.1.*

– nil sine magno

Vita labore dedit mortalibus.

Itaque labore territi permulti philosophiam deserunt. Hinc igitur clarius elucet Flacci sententia, quæ obscura tantum propositionis significatione, quasi per ænigma, proposita videtur.

Magna.

Repete ex proximo versu coniunctione (circum) vel intellige desiderari per eclipsim præpositionē (ad) velaliam.

Puluere.

sine labore. Isenim ex adiunctis consequentibus significatur.

Palmæ.

Ex adiuncto victorie præmio vittoria significatur. Hic autem locus antiquitatis cognitionem requirit, cuius nonnullis fortasse Hor, ignarus videri posit. Quatuor enim in Græcia sacra certamina fuisse, Olympia, Pythia, Isthmia & Nemea: & Olympiorum victores oleastro, Pythiorum lauro, Isthmiorum Pinu vel apio arido, Nemeorum denique apio viridi coronari solitos nemo nescit: mirum itaque cuiusquam videri potest, cur Olympionicis palmam hoc loco Flaccus tribuerit. Intelligendum autem est duo proemiorum genera victoribus data fuisse: Vnum quod erat singulorum certaminum proprium, Alterum quod erat commune omnium, & propria illa esse quæ, dicta sunt: commune autem omnium præmiu palma esse: quæ in manu dextra victores gestabant. Id tametsi nullus grammaticorum quod sciam, notauerit: Veterum tamen testimoniis & locorum multorum coniecturis ita esse videbitur. Pausanias in Arcadicis: victores utique cuncti ubique locorum palmam manu proferunt & palmam ante: Alteri pilæ Iasius insistit. Loqua equum detinens, dextra palmæ ramum ferens: Is equo in olympia dicitur vicisse, quo primum tempore Thebanus Hercules olympiorum conventum instituit. Vitruvius lib. 9. nobilibus athleticis, qui olympia, Pythia, Isthmia, Nemea vicissent, Græcorum maiores ita magnos honores instituerunt, Ut hi non modo in conventu stantes cum palma corona ferant laudes, sed etiam cum reuertantur in suas civitates cum victoria triumphantes quadrigis in moenia & in patrias invehantur, æque reipublice perpetua vita constitutis vectigalibus fruuntur. Id etiam Plutar. aperte docet in Pompeiensi li.8. Quæst, 4.

Morem vero victoribus tradendæ palmæ Pausanias in Arcadicis describit: Eius rei (ait) buiusmodi traditur initium fuisse. Theseu aiunt è Creta reducem Deli ludos fecisse victoresque palma coronasse. Idem ferè Plutarchus in loco prius notato. De palma item vide Gell. cap. 6. lib. 3. Quantus autem honos esset et apud Græcos, declarat ex Vitruvio citatus locus, Cic. in orat. pro Flacc. Acinas pugil Olympionices, quod est apud Græcos propè maius & gloriosius, quàm Romæ triumphasse. Vide proterea Isocratis orationem de iugo, equorum.

Vilius argentum est auro, virtutibus aurum. O ciues ciues. quærenda pecunia primum est:

Virtus post nummos. hæc Janus summus ab imo
Perdocet: hæc recinunt iuuenes dictata, senésque
Læuo suspensi loculos, tabulamque lacerto.

Vilius.

Digreditur in suorum temporum auaritiam, qua ex effectis dissimilitudine illustratis ostendit. Licet diuitius melior sit virtus: diuitias tamen virtuti Romani anteponunt.

Ciues.

Ἀνταπόδοσις dissimilitudinis epictrophe & epizeuxi exornata.

Quærenda.

In diuitiis prius quam in virtute; contra quàm decet, studium & operam ponedam arbitramini. Plato enim lib, I. & 5 de leg. primum virtutis, secundum sanitatis, tertium diuitiarum studium esse scribit.

Pecunia.

Pecunia á pecu (ait Varro.) lib.4. de ling. lat. dicitur quod in pecore pecunia tu consistebat pastoribus: prima enim diuitioe fuerunt in pccore, quod apertè significat Lucretius lib. 5.

Condere cœperunt vrbes, arcémque locare
Præsidium reges ipsi sibi perfugiúmque:
Et pecudes & agros dinisere atque dedêre,
Profacie cuiusque & viribus ingenióque.

Posterius res inuenta est aurumque repertum. Postea numi, pecunioe nomine, quod coeteris diuitiarum artibus præstare videretur synecdochicat significari coeperunt à pastoribus tame natum vocabulum, ut ait Varro.

Hæc Ianus.

Confirmatio proximorum effectorum testimonio foeneratorum, qui per metonymiam ex subiecto loco, in quem conueniebant, significantur. De quibus Cic. 2. ossi. Sed toto hoc de genere de quærenda & collocanda pecunia, etiam de vtenda commodius à quibusdam bonis viris, ad medium Ianum sedentibus, quàm ab vllis philosophis vlla in schola disputatur. Locus autem soeneratorum à Iani templo dictus est, quod à Numa dicatum in foro boario, vt scribit Plin. lib. 34. cap. 7. vel, vt Ouid. significat interduo fora, Boariu & Piscarium (in quæ ex Capitolio descendebatur) eo in loco vnde aquarum calidarum magna vis, ad Sabinorum in vrbis arcem contententium impetum reprimendu, diuinitus erupisse creditur. Id quod Varro 4. de ling, lat. indicati Lautulæ à lauando, quod ibi ad Ianum geminum aquæ calidæ fuerunt: ab his palus fluit in minori velabro. Ouidij versus ex primo Fastorum hisunt.

Cum tot sint Iani, cur sic sacratus in vno es,

Hic vbi templæ foris iuncta duobus habes?

Ille manu mulcens propensam ad pectora barbam

Protinus Oebalij rettulit arma Tati:

Vtque leuis custos armillis capta Sabinis

Ad Summæ Tatium duxerat arcis iter,

Inde, Velut nunc est, per quem descenditis, inquit,

Arduus in valles per fora cliuus erat.

Et Iam contigerant portam, Saturnia cuius

Dempserat oppositas insidiosa seras.

Cùm tanto veritus committere numine pugnam,

Ipse meæ moui callidus artis opem.

Oraque, qua pollens ope fum, fontana reclusi,

Sûnique repentinas eiaculatus aquas.

Ante tamen madidis fubieci fulphura venis:

Clauderet vt Tatio feruidus humor iter.

*Cuius vt vtilitas pulvis comperta sabinis,
Quæ fuerat, tuto reddita forma loco est.
Ara mihi posa est paruo coniuncta facello:
Hæc adolet flammis cum strue sarra suis.*

Hæc recinunt.

*Alterum te fimonium populi duabus partibus significati
senibus, & iuuenibus.*

Dictata.

*A patribus velà cōmuni popularium sententia. De qua Horatius epist. I.
lib. 2.*

*Romæ dulce diu fuit & solenne, reclusa
Mane domo vigilare, clienti promere iura,
Cautos nominibus certis expendere nummos,
Majores audire, minori dicere per quæ
Crescere res posset, minui: datmiosa voluptas!
Ex qua etiam Sthaberÿ testamentum factum idẽ insectatur.*

– Credo

*Hoc Sthaberi prudentẽ animũ vidisse! quid ergo
sensit, cum summam patrimonÿ insculpere saxo
Hæredes voluit? quod Vixit, credidit ingens
Pauperiem vitium, & cauit nihil acrius: vt, si
Fortè minus locuples vno quadrante periret,
Ipse videretur sibi nequior. Omnis enim res,
Virtus, fama, decus, diuina, humanaque, pulcheris
Diuitiis parent: quas qui construxerit, ille
Clarus erit, fortis, iustus, sapiens etiam, & rex,
Et quicquid volet.
Omnia enim plebs imperita quæstu, pretio vti litate metitur.*

Læuo.

*Fæneratorũ senum & iuuenũ quæda descriptio ex adiunctis. Illorũ enim
in brachio sinistro pẽdebãt loculi vt inde quod numeraretur prome— rêt: in
dextro autẽ tabula, in qua numerarent: vel hoc ad pueros iuuenes*

dūtaxatreferendū, qui in ludum ratiocinatoris F lauij, aut alius mitti sole bant, qua de re Horat.satyr. 6 lib. I. Et in art.poet:

*Romani pueri longis rationibus assem
Discunt in partes centum di ducere, dicat
Filius Albinus. Si de quincunceremota est
Vincia, quid superat poteras dixiffetriens? heu,
Rem poteris seruare tuā. Redit vincia, quid fit?
Semis.*

*Est autem hic notāda hypallage grammatica, qua adiectiuum
loculorum & tabulæ adiunctæ proprium subiectis attribuitur. Est etiam
eclipsis præpositionis (per) aut similis, ad imitationem græcorum, quibus
familare est accusatiuum vi propositionis omissæ, addictius subiicere.
Latini id omne per ablatiuū efferunt sic: Iuuenes senes suspendis in læuo
loculis in brachio dextro tabulâ hæc recinunt. De quo toquendi genere
Linacrus lib.6.de emend.struct.*

Lacerto.

*Ex btuchij mustulis, qui lacerti dicuntur, totum brachium per
synecdochen intelligēdum est: idq; dextrū, in quo valentiores lacerti
firmiorés q; sunt. Si quadringentis sex septem millia defunt:*

*Est animus tibi, sunt mores & lingua, fidésq;, Plebs cris. At pueri ludentes,
Rex eris, aiunt) Si recte facies: hic murus ahæneus esto,
Nil conscire fibi, nulla pallercere culpa.*

*Roscia, dic sodes, melior lex, an puerorum
Nenia, quæ rectè regnum facientibus offert,
Et maribus Curiis, & decantata Camillis?*

*Is ne tibi melius suadet, qui vt rē facias, rem
Si possis rectè: si non, quocunque modo rem:*

*Vt ppius spectes lachrymofa poemata Puppi?
An qui fortunæ te responsare superbæ*

Liberum, & erectum præfens hortatur, & optat?

Si quadringentis.

Alterum auaritiæ Romanorum argumentum ex aliis effectis, quòd lata lege viriboni, quibus equester census non fit, è quatuordecim theatri primis ordinibus arceantur. Legis capita duo fuerūt: quorum alterū ad equites, alterum ad plebeios diuites spectabat. Prioris ergo hæc summa est:

Romanis equitibus, in theatro, quatuordecim gradus proximi assignantur:


Ab illis tamen qui vel suo vel fortunæ vitio decoxerint remouentur.

Huius capitis ex 99. Flori epit. in Liu. prior pars ad verbum describitur: Posterior ex secunda Ciceronis Philippica colligitur: Illud tamen audaciæ tuæ (ait) quòd sedisti in quatuordecim ordinibus: Cum effet lege roscia decoctoribus certus locus constitutus, qui fortunæ vitio non suo decoxissent. Hanc autem legis particulam, quòd seuerior videretur, Augustus postea emendauit. Sic enim Suetonius in eius Vita cap. 40. Cum autem plerique equitum attrito bellis ciuilibus patrimonio spectare ludor è quatuordecim non auderent, metu pænæ theatralis, pronunciauit non teneri eam, quibus ipsis, parentibusue equester census vnquam fuisset. Secundum caput legis erat:

Quicumque quadringenta sestertia possident, eis in quatuordecim gradibus inter equites spectandi Ius esto: Secus ne spectanto.

De quo capite plenissime Pomponius Letus in l. Othonia lib. de le. Rom. hac igitur legem tulit Lucius Roscius Othotrib. pleb. quatuor annis ante Ciceronis consulatum. Porro autem Sestertius, quo etiam numus dicitur, decem denariolis turonensibus & uno dimidio à Budæo aestimatur. Mille vero feiertij velnumi vnum sestertium reddunt quadringenta itaque millia sestertium vel numum quadringenta ferè sestertia efficiunt, id est 17500. Francos nostros. Hic igitur locus hanc habet sententiam: Si quadringentis millibus numum sex aut septem millia numum defunt, id est, sex vel septem sestertia, plebeius eris.

Est animus.

Prudentia & consilium. ex subiecto enim adiunctu consilii & omnes cogitationis & intelligentiæ virtutes, quæ ab Aristotele tum  turn  secundo ad Nicomachum appellatur.

Mores.

Hoc ad virtutes morales, quæ in actione verfantur quas Aristoteles ^{ἡ Σίγῃς} ode loco appellat.

Lingua.

Ex efficiente causa Metonymicos effectum significat, id est, eloquentiam, cuius maximè nece sarium instrumentum linguam esse constat.

Fides.

Dictorum & factorum constantia & veritas: que iustitiæ fundamentum Ciceroni dicitur, lib. I. officiorum.

Plebs eris.

In loco plebi constituto, qui Suetonio Popularia dicitur, sedebis ab equitum ordinibus exclusus. Hinc Iuvenalis, satyr. 3.

*Nil habet infelix paupertas durius inse,
Quàm quod ridiculos homines facit: Exeat, inquit,
Sipudor est, & de puluino surgat equestri,
Cuius res legi non sussicere & sedeant hinc
Lenonum pueri quocunque in fornice nati.*

Sic libitum vano qui nos distinxit Othoni.

At pueri.

Othoniæ, legis reprehensio argumento exreptantibus, puerorum testimonio approbata: Vix bonus rex est: non igitur plebeius est habendus.

Rex eris.

Carmen est, quod pueri in funere bonorum virorum canere solebant, & deinde, quod sieri solet ipsi inter se ludentes repetebant. Hortatur verò ad virtutis studium argumento ex adiunctis: quod qui virtute præditi sunt, vix sint reges, id est, magni & excellentes, clari & illustres, liberi & potentes: cuiusmodi reges quamplurimi habiti sunt: quorum memoria literis & historiarum monumentis mandata, æternitati consecrata est.

Hic murus.

*Pars hæc etiam catmints puerilis esse videtur, luæ aliis item adiunctis ad
vrtutem inuitat: quòd Virtm aduerfus omnes fortune impetus refugium
& præfidium tutumfit. Id quod Horatim ode 3 tib. 3. præclaré expre Bit:
Iustum, & tenacem propositi virum,*

*Non ciuium ardor praua jubentium,
Non vultus instantis tyranni
Mente quatit solida, neque Auster
Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Louis manus:
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ
Vide totam Ciceronis Tusculanam quintam.*

Nil conscire sibi.

*Definitio virtutis vel studioji hominis ex con trario. Nasceleratm
cosctentiæ stimuits vexatus iudicu iusti commeriramque-
feueritatem, & diuinam animaduersionem perhorrescit: quorum in eo nihil
est, qui recte factorum fibi confcius studiose vitam agir.*

Pallescere.

*Essectus esttimoris pallor, idéoque pallesere significat
timere & sormidare.*

Roscia.

*Puerorum testimonj commendatio ex minorumcollatione: puerorum
Nenia melior est lege Othoma. Probaturautem hæccomparatio effectis
vtriufq; partis hac racionatione cöcluditur.*

Melius id est quod ad virtutem, quàm quod ad rem nos adhortatur.

Sed puerorum Nenia ad virtutè, lex Othonia ad rem nos adhortatur.

Ergo puerorum Nenia lege Othonia melior est.

*Conclusto prima est, cum qua assumptionis pars altera coniungitur: altera
vero ex proximo loco facile intelligitur propositio ultimo loco ponitur.*

Nenia.

*Nenia Lugubre apud Romanos carmen erat. hoc autem mulier Præfica
honoratorum laudes post concionem, quæ easdem commemorabat,*

profequebatur, vt ex 1. cap. 8. lib. Quintil. & 2. cicero. lib. de legi, 4. Varro. de vita popul. Rom. apud Nonium colligitur. Indicatetiam hic locus à pueris vnàc carmen cantari folitum nomen Vero ex lugentium sono que hoc carme referebat fictum esse videtur: Vnde Græci etiam verbum w » e & quod lutere significat, formauerunt.*

Que regnum.

Assumptionis pars prior.

Et maribus Curiis.

Eiusdem partis illustratio ex subiecto in quo occupatur: in funere enim illustrium virorum Nenia cani solebat, cuiusmodi fuerunt Curius & Canillus. Cicero. 2. de legib. Honoratorum Virorum audes in concione memorantor, eàsque etiam caus ad tibicinam profequantor, cui nomen Neniæ: quo vocabulo etiam Græcos cantus lugubres nominant,

Maribus curiis.

In laudem fortium & studiosorum virorum mas & fœmina omne animalis genus dimdunt: & quia mares in omni genere robustiores fortiorésque fœrminis effe solent, ideo pro fortibus & Virilibus atque magnanimis vsur pari solent. Flac, in arte Poë.

Tyrtæsq; mares animos in martia bella

Versibus exacuit.

Est etiam hic notandum maribus Curiis & Camillis, per Gnecdochen fortes viros generaliser significari. De Curio, Valer. lib.4.cap. de confinetia, & Plin. De viris Illustr. cap. 33. De Camillo, idem cap. 25. & Plutarch in eius Vita. & Liuius toto ferè quinto primæ decadis lib. Ille de samnitibus, hic De Veientibus primùm, deinde de Gallis, qui duce Brenno Romam cæso eius exercitu, occupauerant, triumphauit.

Is ne tibi.

Notatæ rationationis propositio.

Vt rem facias.

Suadet Vt diuitias tibi compares.

Rem si possis.

Si diuitias honestè pòbis comparare.

Si non.

Si non rectè pòbis rem facere.

Quocunque modo.

Quo ivre quaque injuria suadet vt rem facias.

Vt propius.

propositionis pars altera argumento ex fine illustrata: Ut ex primis ab Orchestra quatuordecim ordinibus ludos spectare liceat.

Puppi.

Puppius tragicus poëta tantus artifex mouendæ commiserationis fuit, vt stectatem populum ad hvymas compellere solitus fit: unde illud eius de se ipfoin Porphirionis commentariis distichon extat:

Flebunt amici & bene noti morte mea:

Nam populus omnis me viuo lachrymatus est, Lachrymosa itaque poëmata dicuntur per metonymiam, quòd spectatores lachrymari cogerent. Ex Puppÿ autem poëmatibus omnia generaliter per synecdochen intelliguntur.

Responsare

Altera propositionis pars. Est autem proprière sponsare increpanti & obiurganti, vel accusanti respondendo contradicere & resistere. Unde ad mentis conftantiam fortunæ calamitatibus ratione & consilio resistentem transfertur.

Liberum.

Metu cæterísque perturbationibus Vacuum.

Erectum.

Fortem, inuistum, constantem, non succumbentem. Metaphora à validis & robustis baiulis, qui oneri non succumbunt: quam apertè declarat

Ouid. eleg. 7. lib.2.de Ponto:

Sustineas vtonus, nitendum est Vertice recto:

At, flecti neruos si patiare, cades.

Quòd si me popul' Romanus fortè roget, cur
Non ut porticibus, sic iu diciis fruar iisdem;
Nec sequar, at sugia quæ diligit ipse, vel odit?
Olim quod vulpes ægroto cauta leoni
Respodit, referam, quia me vestigia terrent,
Omnia te aduerfum spectantia, nulla retrorsum.
Bellua multorum es caput. Nam quid sequartaut quem?
Pars hominù gestit conducere publica: funt qui
Frustis & pomis viduas venentur auaras
Excipiántque senes, quos in viuaria mittant.
Multis occulto crescit res fœnore.

Quod si me.

*Hactenus Romanorum auaritiam proxima digrestione insectatus est:
Prolepsis deinceps Jequitur, in qua corundem suos mores defendentiū
Romanom obiectio similitudine consirmata sic anticipatur: Tu frueris
iisdem at que populus vrbis commoditatibus: Curnon igitur cadem
iudiciasectaris & probas?*

Porticibus.

*Vorticus locus iste contra repentinos imbres & solis ardorem liberæ
deambulationis causa tectus: binc Ci. Orat.2. ad Quin. frat. numtade aut
locus hie non idoneus videtur, in quo porticus hæc ipsa, vbi
inambulamus. & in Lucullo: Familiare nostrum Auianu fortasse in porticu
Neptuni am – intem non videmus: quare ambulationem appella Catullus in
Camerium.*

quæsiuimus in minore campo,

Tein Circo, te & in omnibus tabernis,

Te in templo superi Jouis sacrato,

magni simul ambulatione.

Significaim Porticum pompeiană. Sed ex\nat nec ea parua commoditate reliquas significat Horatius.

Nec sequar.

Clarius interpretatur quid sit iisdem indiciis frui, idque duabus partibus, quibus omne indiciū cōtinetur. Aut enim probamus & retinemus aliquid, aut contra improbamus & reiicimus.

Olim quod vulpes.

Subiectio in quaessiciens caussa, qua impulsus est Horatius ad deserendum populi, indicium, ficta similitudine sugnificatur: Nam quemadmodā animalian, quæ ægrotum leonem visebant, inde salsa non redibant, vt vulpes respondit: Sic multi iu-diciu populi sequentes eo infatuati nunquam saRentes euadunt. Similitudinis tamē propositio sola nonitur ex qua redditio clarè significatur.

Bellua.

Inspientiam eorum qui popolare indicium setantur efficiēte causa ostendit: quod Varia & si, j dlßidens fit populi Sententia. Id quod Significatur similitudine: populus est tanquam be multorum capitum. Vbi capita metonymic pro sententiis & iudiciis ponuntur. Popularisautem iudicii varietatem & inconstantiam sic Terenrius notat in Phorm. Act.2. scena 4. quot capia tot sententiæ. Cicero item pro domo: In im rita multitudine est varietas & incōstātia & crebra, tanquam tempestatum, sic sentent cōmutatio.

Nam quid.

Varietatem sentantiarum partiū enumeratione apertius declarat, & addubitatione exornat. Partes autem secundi sunt generis, quibus totū in sua effecta diuiditur: quarum prima est publicanorū, qui publica populi Romani vestigalia conducunt & redimunt.

Sunt qui.

Secunda pars captatorum est, quibus propositumerat paruis muneribus viduarum & diuitum senum hæreditates callidè captare. quos hoc disticho

Martialis salse notat lib.8.

Munera qui tibi dat locuspleti, Gaure, senique, Si sapis & sentis, hic tibi ait, morere.

Est autem à piscatoribus allegoria.

Frustis & pomis.

Parua dona, escæ piscatorum similitudine, significat.

Venentur.

Metaphor à venatoribus sumpta, paulo superiori dissimilis. Venari itaq; hîc est callidè conciliare.

Auaras.

Habendi cupidas.ex adiuncta autem auarità diuites mulieres significat, quæ solæ ferè sunt auaræ. Iuxta illud Ouidij. I. Fast.

*Sic quibus intumuit suffusa venter ab Vndæ,
Quo plus sunt potæ, plus sitiuntur aquæ.*

Excipiant.

Allician, attrahant ad se: vt piscatores inescatos pisces hamo ex flumine excipiunt.

Viuaria mittant.

Ad suam propriamque vtilitatem conuertant, Vel quorum hæeditates in suam domum transserant, vt piscatores ex pub. Slumine captos pisces in viuaria priuata includunt. Viuaria vero proprie locasunt, in quibus vini pisces, vel feræ, vel aues, victus causa asseruantur.

Multis.

Tertia pars est fœneratorum, qui ex adiunctis signifcantur.fœneratores enim sunt, quibus res sænore augetur. Cuiusmodi fuit Alphius, de quo Horatius od.2. Epodon. Cato item maior qui Censorinus dictus est, eo fœnore in re nautica vtebatur, quod maxime reprehẽsum est. Iubebat enim, quibus mutuo dederat, vt multos cõmuniter in so cietatem asciscerẽt: qui cum quinquaginta toridẽ nauibus dispertiti essent, ipse præter vsurã,

*partem etiam vnam, per Quintiũ Libertum nauigationis comitem,
accipiebat. Pluta.in eius vita.*

– verum

Esto aliis alios rebus, studiisq̃ teneri:
Iidem eadem possunt horã durare probãtes?
Nullus in orbe sinus Baiis prælucet amœnis
Si dixit diues, lacus, & mare sentit amorem
Festinantis heri: cui si vitiosa libido
Fecerit auspiciũ, eras ferramenta Teanum
Tolletis fabri.lectus genialis in aula est:
Nil ait esse prius, melius nil cœlibe vita:
Si non est, jurat benesolis esse maritis.
Quo tencam vultus mutãtem Protea nodo?

Verum esto.

*Popularis iudicij varietas tribus adhuc partibus disputata, sub hac
concessionis exornatione concluditur: & multo maior non in toto populo, vt
ante a, sed in singulis proponitur, & duabus deinceps partibus confirmatur*

Nullus.

*Prima pars specialis inconstantiae est diuitum, quæ effectis explicatur: hi
nanque nunc in vnũ, nunc in alium locum mutata voluntate contendunt:
Nunc cœlibem, nunc maritorum vitam experunt. Primũ ergo deliberantis
diuitis de adeundo Baiarum sinu consilium adiunctis, minorum collatione
amplificatis, £ 7* profopopoetaexomatis declarator: quòd ille locus
omnium fit amœnißimus. Est autem locus in Campania, à Baia quo dam,
Vlybis sfocio: Jicappellatus, vt scribit Strabo circiter finem lib. 5. Vbi
Baiarum plena descriptio est. De quibus Propertius libro tertio, elegia
decimaseptima.*

Clausus ab vmbroso quã ludit Pontus Auerno

*Humida Baiarum stagna tepentis aquæ,
Qua iacet & Troiæ tubicen Misenus arena,*

*Et sonat Herculeo structa labore via.
Huius loci amœnitatem Martialis indicat libre indecimo.
Littus beatæ Veneris aureum Baias
superbæ blanda dona naturæ
Vt mille laudem, Flacce, versibus Baias
Laudabo, dignè non satis tamen Baias.*

Lacus.

Baiarum lacus Lucrinus significatur. De quo Strabo libro quinto: Huius conchyliæ pro optimis usurpat Horatius ode 2. Epod. Sed ex lacu, eos qui circa eum degunt, intelligendos relinquit.

Marc.

Qui ad eam maris mediterranei oram habitant.

Sentitamore.

Percipiunt & animaduertunt dominum loci amœnitate delectari.

Fecerit auspici.


Auspici est agendæ aut non agendæ rei ex dextro vel sinistro auium volatu, numero, cantu petita confirmatio. Cicero de diuinatione: Aliis à dextra aliis à læua, datum est auium, vt ratum auspici faciant. Inde igitur sumpta metaphora, vitiosa libido facit auspici, hoc est suadet, & hortatur.

Cras ferramenta.

Sequenti die diues Teanum contedet & proficiscetur. Hoc enim Flaccus ex profectionis adiunctis acutè significat. Comitatus enim impedimenta, quæ hic per ferramentaintelligit, principes & diuites cò præmitere solent, quò profecturi sunt,

Teanum.

In 2. Cic. Agraria, & in cluentiana perTh. tribus locis, nisi sit library mendum scribitur. Strabo autem & Plinius per. T. costanter vbique scribunt. Duplex Veró in Italia Teanum veteres desiripserunt, vnum cognomine

Sidicinum Plinio cap. 5. libr. 3. In extremis finibus Latinorum, tod inter Campaniæ vectigalium populi Romasedis pulcherrimæ oppida Tullitus Agraria seunda numerat. De quo Strabo lib.5. & id hoc lo intelligitur. Alteru Apulum *: oc est, eiusdem nominis atque Sidicinum, vbi taliæ latitudo contrabi videtur, vt ait Strabo liro 6. Abest autem id à Latino decem milia pastum Cic.pro Cluentio.*

Lectus genialis.

Coniugalis & maritus: Is enim Genialis diciur, quia in honorem geny, vt ait Sextus Pomeius, nuptiarum tepore stemebatur. Hinc Catul. n epithalamio Pelei & Thetidis:

Puluinar verò diuæ Geniale locatur

Aedibus in mediis.

Exconiugali autem adiuncto coniugium ipsum significatur.

Aulæ.

In ædibus magnificis & .splendidis. Quales esse solent principum aulæ.

Cœlibe vita.

id est, cœlibem vitam laudar, eámque repente mutata voluntate exoptat.

Sinon est

Lectus genial is in aula: id est, sinon est m ritus.

Jurat bene.

Solos maritos fœlices affeurat, & eorum v tam probat.

Quo teneam.

Concluditdiuitis inconstantiam, Protei fim litudine fignificatam: Vt Protei corpus variu atque mutabile nullis vinculis contineri potera sic animus diuitis mutabilis nullain sentetia per manet. De Proteo Virg.4. Georg.

Omnia transformat sese in miracularerur

Ignénique horribilénique feram, fluuium liquentem.

Et Ouidius fastorum primo:

*Ille suam faciem transformat & alterat art Fabulam describunt
Homerus 4, odyssæ, & Dyodorus Siculus lib. 2. Eius vim interpretatt
auditor Platonis Heraclides Ponticus, in All goriis Homericis.*

Quid pauper? ride: mutat cœnacula, lectos,
Balnea, tonsores, conducto nauigio æquè
Naufcat ac locuples, qué ducit priua triremi

Quid pauper?

*Secunda pars singularis inconstantiae pauperi est: quæ effectis
declaratur.*

Coënacula.

*Vbi cubabant Cubiculum, vbi cœnabant cœnaculum vocitabant.
Posteaquàm in superiore parte camirare cœ perut, superioris domus
vniuersa cœnacula dicta. Varro lib. 4. de ling. Latina.*

Conducto.

*Quintum effectum inconstantiae pauperis, ad diuersa loca nauigatio,
quam adiuncta nausea, quæ nauigantibus accidere solet, & efficiente causa
significat, & parium collatione amplificat. nam gium vero Latinis omne
nauis genus est Græcis vavajou.*

Quem ducit priua.

Qui non conducta, vt pauper, sed sua naui vehitur.
Si curtatus inæquali tonsore capillos
Occurri, rides: si fortè subucula pexæ
Trita subest tunicæ, vel si toga dissidet impar,
Rides. quid mea cum pugnat sententia secú?
Quod petiit, spernir: repetit q nuper omifit:
Acstuar, & vitæ disconucnit ordine toto:
Diruit, ædificat, mutat quadrata rotundis,
Infanire putas solennia me, neque rides,
Nec medici credis, nec curatoris egere
A prætore dati: rerum tutela mearum

Cùm fis, & prae sectum stomacheris ob vn guem
De te pendentis, te respicientis amici?

Si curtatus.

*Quorum adhuc inconstantiam & leuitatem probauit, eos nunc obsura
parium collatione in sanos & irridendos esse ostendit. Sola tamen cot
parationis ptotafis disputatur. Horattus insant & irridendus est.
Argumentum est ex effecti. syllogismus connexus primus.*

*Si mea sententia secum dibidet, fumriden dus, & insanus Mecænati
habendus*

Sed illud:

Hocigitur.

Propositio maiorum collatiionibus amplificat præcedit.


Inæquali tonsore.

*Prima maiorum collatio efficiente causa illu strata. vbi tonsor inæqualis
per metonymiam di, citur, quod inæqualiter tondeat*

Curtatus capillos.

*Hellenismus, id est, Græca dictio, qua adiectiuo subiungitur accusatiuus
vi suppreffæ præpositionis, pe, vel alius similis significationis: vt apud
Græcos xT'. Vide Linac.de emend. struct.lib.6.*

Rides.

*Hoc verbum, in fine huius sententiæ & sequentis, similiter repetitum,
Rhetoricam  figuram epistrophen efficit, quam etiam Lupus Ru tilius ex
Gorgia , author ad Herennum conuersionem appellat.*

Si fortè.

*Secunda maiorum collatio: si pexæ, hoc est, villosæ & molli tunicæ (quæ
>f cuti gratior sic etiam ei, quàm subucula, propior effi debet) trita,
aspera, & rudis subucula subicta est, quæ cutem attingat, rides: qui
stultè & ineptè id fiat.*

Velsitoga.

Tertiamaiorum collatio. Si in composita toga su, rides.

Quid mea.

Redditio trium comparisonum, in qua minora quasi ex maioribus extorta concluduntur, quæ syllogismi prius notati propositionè efficiunt.

Quod petiit.

Assumptio effectis disputata: At mea secum sententia dibdet, Nam petita spernit, & spreta, repetit, & c.

Mutat quadrata.

Quæ prius quadrata erant, rotunda facit.

Insanire.

Conclusio syllogismi: Ergo Horatius Mecænati ridendus & insanus habendus. Conclusionis autem prior pars superioribus effectis prebuis iteratis amplificatur: Vides me maximis in rebus per insaniam peccare, & non rides?

Solennia.

Eclipsis præpositionis, per, vel similis, cuius vi accusatio post verbum neutrum locus est, ad imitationem Græcorum præpositionem ~ « similiter subticentium. Sunt autem solennia, vñ ex vi verbi intelligitur, quæ solùm in anno semel fiunt, vt ludi solennes, sacra, & c. Et quia illa magnæ religionis esse solebant, fit vt pro magnis vsurpentur idque persynecdochen.

Nec medici.

Conclusionis altera pars (Horatius 41 Mecænati insanus habendus) adiunctis significatur, quæ aliis adiunctis item & maioribus approbantur, in hanc sententiam. Tu cum sis tutor meus & minimo delicto offenderis, non medico, (qui præscripta elebori potione cerebrum purget) & curatore, qui rebus meis (quarum administrationem leges xij. Tabularum furioso sustulerunt) prudenter consulat, mihi opus esse putas? Hoc igitur adiunctum, egere medico insanum, furiosum, & mente captum significat. Qua de

re vide quæ congesta sunt ab Erasmo in prouerbiis. Bibe eleborum, & Nauiget Anticyram.

Curatoris egere.

Hoc item adiunctu furiosi est, & mente capti. Dabantur enim à prætore ex lege xij. tabularum furiosis & mete captis reru curatores: Cic.circiter principium terriæ Tusc. Nam qui ita sit affectus, cum dominum effe rerum suarum vetant xij. tabulæ . Vide titulum vltimum libri xxvij. pandectarum, de Curatoribus furioso & prodigo, vel aliis extra minores dandis.

Ob unguem.

Ob minimum delictum.

De te pendentis.

Periphrasis clientis Romani.

Ad summa fapies vno minor est Ioue, diues, Liber, honoratus, pulcher, rex deniq; regum. Præcipuè sanus, nisi cum pituita molesta est.

Ad summam.

Quæstionè præcipuàtorius epistolæ concludit, eamq; effectis philofophiæ, quæ philosophi adiun-Etant, significatam: Est igitur in studium philosophiæ Horatio incumbendum: quod sapiens, qualem philosophia efficit, solo Ioue minor, cæteris antecellat.

Diues.

Sapienti attributas laudes confirmat ex adiunctis, quæ ex Stoicorum paradoxis defumuntur. Quod autem solus sapiens diucs sit, lege sextum Ciceronis paradoxum. Verùm non externas sed animi diuitias hoc loco intelligit. De quibus Cicero primo paradoxo.

Liber.

Hoc item disputatur à Cicerone quinto paradoxo. Manuit autem hoc ex Socratis disputatione, quæ apud Xenophonte 4. ἀπομνημονευμάτων extat. Liberi enim esse dicit honesta & recta facere, serui autem habere aliquid, quo intus ratio impediatur.

Rex regum.

Hoc ridet Horatius in fine satyriæ tertiæ libri, primi, vel potius calumniatur. Nam illic regem propriè accipit: hoc vero in loco, ex Stoicorum sententia, rex per metaphoram vsurpatur, pro eo qui cupiditatibus imperat, & in quo ratio præest appetitus obtemperat: estque idem Stoicis liber atque rex.

Præcipuè sanus.

*Hac correctione Stoicorum nimia feueritas & morositas latenter taxatur, vt in epistola sexta huius libri,
Infani sapiens nomen serat, æquus iniqui,
Vltra quàm satis est, Virtutem si petat ipsam.*

Nisi cum.

Explicatio fani excontrario efficiente causa illustrato: niscùm pituitæ acrimonia in morositatem & asperitatem concitatur.

COMMENTARIORUM
Joannis Amaritonis Nonetani, in
epistolas Q. Horatij Flac
ci, Libri primi
Finis.

EPIGRAMMATA DISCIPULorum Joannis Amaritonis,

Dionysij Breidentij Rotomagei,
Ad Lectorem.

*Non versus inopes rerum, nugæque canoræ
In Flacco: sermo est, confiliùmque senis.
Hunc lege quisquis aues prudentis nomen habere,
obscura est breuitas explicat Ameriton.*

Joannis Breidentij Rotomagei ad Joan.
Amaritonem doctorem
suum.

*Prælegeres memini, cùm docta poëmata Flacci,
In promptu poni quæ latuere diu:
Hæc facito in tabula communis perlegat Vsus:
Gratus eum quiuis qua potis arte innat.*

Caroli Belloi ad eundem.

*Illustrant docti Flaccum Glareanus & Acron,
Illustrat scriptis Porphyrioque suis.
Clarè equidé, verùm logico qui id lumine tentat,
Clarius: hæc, doctor, gloria tota tuaest.*

Antonij Loiselij Bellouaci ad eundem.

*Ignota Logica latuere poëmara Flacci,
Extremum ecce patet nunc rationis ope. Hoc præstas: illinc in prima
poëmata, doctor,
Ascende, & totum perficiatur opus.*

Caroli Breidentij ad eundem, de Horatio.

Formatis vitam docti sanctique Poëtæ,

*Et sacit ad mores ars quoque vestra bonos: Sed quantum cædunt altis
arbusta cupreßis,*

Tantum præreliquis, Flacce Poëta, vales.



lien vers <http://www.bnf.fr>



lien vers <http://gallica.bnf.fr>

Johannis Amaritonis,... Commentariorum in Epistolas Q. Horatii Flacci liber primus...

<http://gallica.bnf.fr/ark:/12148/bpt6k6215544d>

À propos de cette édition numérique

Cette édition numérique est issue d'un programme de numérisation du patrimoine mené par la Bibliothèque nationale de France pour enrichir Gallica, la bibliothèque numérique de la BnF et de ses partenaires. En ligne depuis 1997, Gallica s'enrichit chaque semaine de milliers de nouveautés et offre aujourd'hui accès à plusieurs

millions de documents numérisés : imprimés (livres, revues et fascicules de presse), manuscrits, estampes et photographies, documents sonores, partitions, cartes et plans...

Les imprimés sont d'abord numérisés en mode image (prise de vue photographique) puis le texte est extrait de manière automatique grâce aux techniques de reconnaissance optique de caractères (*optical character recognition* ou OCR). Les algorithmes informatiques utilisés définissent également de manière automatique la structure de l'ouvrage (en-têtes et pieds de page, illustrations, tableaux, etc.). L'état du document imprimé (taches, pages déchirées) et les caractéristiques de la typographie employée peuvent entraîner des erreurs lors de l'étape d'OCR. Le texte ainsi produit est ensuite relu, corrigé, et converti au format EPUB (*electronic publication*), format ouvert standardisé pour les livres numériques. Malgré tous nos efforts pour respecter au mieux le format original du livre, il est possible que vous retrouviez des coquilles ou des problèmes de mise en page qui auraient échappé au relecteur. N'hésitez pas à nous signaler ces anomalies à l'adresse gallica@bnf.fr.

Conditions d'utilisation

1/ Les contenus accessibles sur le site Gallica sont pour la plupart des reproductions numériques d'œuvres tombées dans le domaine public provenant des collections de la BnF.

Leur réutilisation s'inscrit dans le cadre de la loi n° 78-753 du 17 juillet 1978 :

- La réutilisation non commerciale de ces contenus est libre et gratuite dans le respect de la législation en vigueur et notamment du maintien de la mention de source.

- La réutilisation commerciale de ces contenus est payante et fait l'objet d'une licence. Est entendue par réutilisation commerciale la revente de contenus sous forme de produits élaborés ou de fourniture de service.

Cliquer ici [pour accéder aux tarifs et à la licence](#)

2/ Quelques contenus sont soumis à un régime de réutilisation particulier. Il s'agit :

- des reproductions de documents protégés par un droit d'auteur appartenant à un tiers. Ces documents ne peuvent être réutilisés, sauf dans le cadre de la copie privée, sans l'autorisation préalable du titulaire des droits.
- des reproductions de documents conservés dans les bibliothèques ou autres institutions partenaires. Ceux-ci sont signalés par la mention Source gallica.bnf.fr / Bibliothèque municipale de ... (ou autre partenaire). L'utilisateur est invité à s'informer auprès de ces bibliothèques de leurs conditions de réutilisation.

3/ Gallica constitue une base de données, dont la BnF est producteur, protégée au sens des articles L341-1 et suivants du code de la propriété intellectuelle.

4/ Les présentes conditions d'utilisation des contenus de Gallica sont régies par la loi française. En cas de réutilisation prévue dans un autre pays, il appartient à chaque utilisateur de vérifier la conformité de son projet avec le droit de ce pays.

5/ L'utilisateur s'engage à respecter les présentes conditions d'utilisation ainsi que la législation en vigueur. En cas de non-respect de ces dispositions, il est notamment passible d'une amende prévue par la loi du 17 juillet 1978.

6/ Pour obtenir la reproduction d'un document de Gallica en haute définition, contacter reproduction@bnf.fr

7/ Pour utiliser un document de Gallica sur un support de publication commercial, contacter utilisation.commerciale@bnf.fr

Table des matières

1. Page de titre
2. JOANNES AMARITON JOANNI Bardon, in magno Galliarum consilio procuratori regio S.D.
3. AD DOCTORES SUOS Joannis Amaritonis Octastichon.
4. DE HORATII SCRIPTIS ad studiosam iuventutem. Joannis Amaritonis, præfatio.
5. ARGUMENTUM.
6. COMMENTARIORUM Joannis Amaritonis In Epistolas Q. Horatii Flacci. Liber primus.
7. À propos de cette édition numérique